

Tardius editur haec mea qualisqualis responsio, candide lector, non eam sane ob causam, quod difficile aut arduum visum fuerit, 3 tam futili et vaniloquae criminationi Lutherianae respondere, sed quod tanta est ubique fere, per bonam superioris Germaniae partem, Lutheranorum improbitas — quae nobis pro ecclesia et fide catholica 6 pugnantibus plus difficultatis et impedimenti obiicit et ingerit quam Lutherus ipse —, ut mihi primum difficile fuerit, criminationem illam videre, visam deinde ultra diem unum retinere non licuit. Effeci 9 tamen, ut eam nepos meus¹ protinus die uno excriberet. Excriptam mox altero die in manus arripui, vidi, legi, risi, reprobavi, flagellavi modisque non tam theologo quam ipsa dignis tractavi. Quomodo enim 12 honeste aut serio tractari queat tam scurrilis et histrionica nugarum conviciorumque deblacteratio? Caeterum responsionem meam protinus transmisi typographo meo, qui priorem librum meum, cui Lutherus 15 respondere conatus est, de gratia sacramentorum, hyeme transacta excuderat². Et certe paruisset ille quamprimum voluntati meae, nisi a suis esset censoribus prohibitus; sed viderint illi, quid aliquando 18 Deo hominibusque respondeant, qui tam sacrilegam Lutheri criminationem apud se denuo edi sinunt, meam vero defensionem, quam ius omne, etiam naturale concedit, edi non sinunt. Tu, quaeso, lector 21 pie, haec qualiacunque aequo lege animo, et multo plura atque etiam meliora deinceps expecta, quae propediem doctissimus vir Iohannes Fabri³ et ego, clientulus eius, aliique, haud ita pauci aut indocti, ut 24 Lutherani putant, edemus contra tot absurdas et male renovatas a

1 Die Vorrede hat B nicht.

1) Dieser Neffe ist wohl sicher Johannes Agrikola (Bauer) von Wendelstein. Vgl. unten S. 30 Anm. 5. 2) Johannes Grieninger in Straßburg, wo das Buch nach dem Schlußdatum (Bl. 75r) am Vigiltag von St. Nikolaus (= 5. Dezember) 1522 die Presse verließ. Spahn 341 Nr. 1. 3) Von den drei Johannes Faber, bzw. Fabri, ist wohl weder Johannes Heigerlin aus Leutkirch, genannt Faber, damals Generalvikar des Bischofs von Konstanz, später Bischof von Wien (vgl. unten Bl. Bv, bzw. A 4r mit der Form Faber und mit der Beifügung Constantiensis), noch auch Johann Fabri

Luthero Wiclephicas impietates. Bene vale, lector amice, in fide catholica et leviusculam hanc responsionem imputa levissimis bacchanalibus¹ Lutheri. De caetero non sic permovebit me levitas eius; ignosce, precor, his motibus primis. Iterum vale. Ex Francofordia quarto nonas Iulii anno a Christo nato M. D. XXIII.

6 Guilielmo Neseno² suo M. Lutherus gratiam et pacem in Christo. [A ij^r]

Arma virumque cano³, Mogani qui nuper ab oris
 9 Leucoream⁴ fato stolidus Saxonaque venit
 Littora, multum ille et furiis vexatus et oestro
 Vi scelerum, memorem rasorum cladis ob iram
 12 Multa quoque et satana passus, quo perderet urbem
 Inferretque malum studiis genus, unde malorum
 Errorumque patres, atque alti gloria papae.⁵

Vilhelmo Neseno Ioh. Cochlaeus bene agere, et ad Christum redire. 4^v

15 Monstra bovemque cano, boreae qui primus ab oris
 Teuthonicas terras profugus conspurcat, et omnem
 Sub specie monachi violat pacemque fidemque,
 18 Vi satanae, saevis furiis agitatus et oestro
 Dirae Thesiphones, ultrici anathemate poenas
 Exposcente, furit, mugitu vastus inani,
 21 Semiviri lacero sub semibovisque cucullo.⁶

6 Guilielmo] Vilheylo L Neseno] L hat immer die Form Nis(s)enus.
 6—13 Dieses und die folgenden 27 Zitate nicht in B! 14 Hier beginnt B!
 19 Ctesiphones B

von Heilbronn, der damals noch zu jung war, als daß Cochlaeus dessen „clientulus“ sein konnte, gemeint. So bleibt nur Johannes Faber, mit dem Beinamen Augustanus. Cochlaeus mag ihn hier haben nennen wollen, einmal um für ihn einzutreten und sodann um den eigenen Gesinnungswechsel durch die Parallele mit jenem anzudeuten. Vgl. über ihn Paulus 292 ff.

1) S. unten S. 14 Z. 5. 2) Literatur über ihn s. LWW 11, 293. 3) = Anfangsworte der Aeneis Vergils, wahrscheinlich veranlaßt durch Cochlaeus' Schlußwort in „De gratia sacr.“, Bl. 75^r, inc.: Viros arma decent. 4) = Wittenberg. 5) I. Zitat aus Luther „Adversus armatum virum Cokleum“; wörtlich, wie im folgenden immer. LWW 11, 295 Z. 1—9 (I.). Ambrosius Catharinus Politus hat diese Verse in sein „Speculum haeticorum“ aufgenommen (ed. 1541, S. 94). Vgl. Schweizer 87 Anm. 3. 6) Diese Verse sind nach dem oben angeführten Zitat aus dem „Septiceps Lutherus“ von Luther als dem „Freiberger Mönchskalb“ zu verstehen. Vgl. auch unten S. 57 Z. 25.

Ecce, Nesene, non solus Minotaurus tuus versifex est, sed et ego puer olim versus cudere didici, tanto nimirum sanctius, quanto praeceptoribus meis meliorem quam ille gratiam refero. 3

Martinus Lutherus.

Si ineptire videor tibi, mi Guilielme, pro istis bacchanalibus¹, cogita, quod tu mihi autor es huius ineptiae satis imperiosus, qui me tali homini 6 cogis respondere, quem prae morbo animi iamdudum mente captum esse non solum tu belle nosti cum tuis Francofordiensibus, sed et ipsemet libellum hunc nulla videtur causa edidisse, quam ut maniam suam testatam faceret orbi.² 9

Iohannes Cochlaeus.

Veros Francofordienses non esse Lutherianos

Cur autem tu illi tam imperiosus (ut scribit) ineptiae autor' fueris, ut non solum pueriliter variis agnominibus in me fuerit bacchans et 12 histrio, sed et Francofordianos nostros invidiosa calumnia suis immiscuerit bacchanalibus, libenter profecto ex te audire velim. Non sum enim ullius mihi in te offensae conscius. Sed et Francofordienses 15 nostri longe melius de te meriti sunt, quam ut autore te traduci debeant per bacchanalia Minotaurica. Ante omnia igitur civitatem hanc a calumniis vestris orbi christiano purgare et excusare operę pretium 18 videtur, ne quis existimet, eam cum damnatis haereticis infamibusque apostatis contra catholicam ecclesiam eiusque fidelia membra perfide sentire³; quae iam ultra DCC annos fidem Romanae ecclesiae (a qua 21 vos levissime, ob nullam causam iustam, per summum scelus, in aeternam animarum vestrarum damnationem deficitis) secuta est semper, et quidem religiosissime || a temporibus Caroli Magni ad haec 24 usque tempora Caroli Quinti, qui ante quatuor fere annos hac in urbe Caesar electus est, et in ecclesia, quam Carolus I. fundavit, ad populum solenniter denunciatus⁴. Adeo nanque fideliter tenuit semper fidem 27 et instituta sedis apostolicae (quam vos barbarico mugitu blasphematis

5 Guilielme] Vilheyle L 11 ut scribit] in A in Klammern, in B nicht — solche Varianten merken wir fernerhin nicht an. 17 bacchanalia] + vestra B

- 1) Luther schrieb seine Schrift gegen Cochlaeus in der Faschingszeit 1523.
 2) LWW 11, 295 Z. 10—16 (II). 3) Doch mußte Cochlaeus schon zwei Jahre später die Stadt verlassen. Spahn 120. Ulrich von Hutten hatte schon am 11. April 1522 seinen Fehdebrief gegen die Dominikaner gerade in Frankfurt angeheftet.
 4) Im St. Bartholomäusdom. Baumgarten 1, 158.

tota die), ut etiam dum adhuc villa diceretur, sub Carolo Magno pro-
 meruerit habere concilium¹, in quo Felicianana haeresis (quam et vos
 3 nunc renovatis vestra in spelunca) de tollendis sanctorum imaginibus
 legitime damnata fuit², uti damnaverat eam paulo antea Niceae septima
 synodus³ universalis CCCL episcoporum subscriptione et sententia.
 6 Ita enim legimus in antiquis Caroli illius || annalibus: „Rex in Franciam *A ij*
 reversus celebravit natalem Domini apud sanctum Kilianum in Wirtzi-
 burgo iuxta Moenum fluvium, paschalis vero festi solennitatem super
 9 eundem fluvium in villa Franconofurt, in qua et hyemaverat.” Et
 mox in sequenti capite ita subditur: „Anno Domini DCCXCIII. Rex
 ad condemnandam haeresim Felicianam aestatis initio, quando et ge-
 12 neralem populi sui conventum habuit, concilium episcoporum ex om-
 nibus regni sui provinciis in eadem villa congregavit. Affuerunt etiam
 in eadem synodo legati Ro[m]ani pontificis, Theophilactus ac Stephanus
 15 episcopi, vicem tenentes eius, a quo missi fuerant, Adriani papae. In
 quo concilio et haeresis memorata condemnata est et liber contra
 eam communi episcoporum autoritate compositus, in quo omnes sub-
 18 scripserunt. Synodus etiam, quae ante paucos annos in Constantinopoli
 sub Irene et Constantino filio eius congregata et ab ipsis non solum
 septima, verum etiam universalis erat appellata, ut nec septima nec
 21 universalis haberetur dicereturve, quasi supervacua in totum ab om-
 nibus abdicata est. Mortua est ibi Fastrada regina et Moguntiaca
 apud sanctum Albanum sepulta.” Haec ex annalibus⁴. Vides, Nesene,
 24 quanta pietate haec civitas, etiam prius quam civitas diceretur, autori-
 tatem Ro[m]anorum pontificum sub Carolo Magno (quo non alius fuit
 aut sedis apostolicae observantior aut in bellis fortunatior) secuta
 27 fuerit. Ostende tu, si potes, ubi unquam pietatem istam abiecerit aut
 sese a Ro[m]ana ecclesia per ullam haeresim separavit. Cur autem
 diceret me (ut ex ore tuo mentitur Saxonicus vitulus) aut mente captum
 30 aut cor non habere nec cerebrum? Quid enim hic feci aut facio,

Concilium
 Francofor-
 diae celebra-
 tum anno 794

At vere uni-
 versalis et
 septima syno-
 dus Niceae
 habita est

Calumnia Lu-
 theri in Fran-
 cofordenses

6 □ Annales Caroli magni B 20 □ < B

1) Vgl. Hefele 3 § 398 S. 678—689 (hier ist auch die unten zitierte Stelle Ein-
 hardts in deutscher Übersetzung aufgenommen). Weber 5, 256. 342. RE 1, 240 f.;
 3, 224; 10, 88—97. 2) Cochlaeus spielt hier wohl indirekt auf Ecks Schrift „De
 non tollendis Christi et sanctorum imaginibus contra haeresim Felicianam . . .“ (1522)
 an. 3) = Nicaenum II. 4) Beide Stellen sind den Einhardi Annales 793/94
 entnommen. MGH 1, 179. 181. Der Text stimmt genau mit cod. 9 der MGH überein.

propter quod tam insigniter stultus et amens tibi esse videor, nisi quod contra Minotaurum tuum iam ultra biennium scripsi scriboque¹,
 A IIJ^r et scripturis rationibusque solidissimis impietates || eius convinco eum- 3
 que nunc omnibus, nunc etiam sibiipsi contrarium redarguo? Dic, quaeso, quid habeas adversum me aliud.

Ego certe confidenter dico et tibi (qui Francofordiensis non es) 6
 et omnibus ac singulis Francofordiensibus nostris, id quod Samuël
 1 Reg. 12 | 21. antiquitus dixit filiis Israël: „Conversatus coram vobis” ultra trien-
 nium, „ecce praesto sum. Loquimini de me coram Domino et coram 9
 Christo eius, utrum bovem cuiusquam tulerim aut asinum, si quen-
 quam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam
 munus accepi, et contemnam illud hodie restituamque vobis.” Haec 12
 dico, Nesene, non quidem ea ratione, ut Samuëli aut innocentia aut
 autoritate par haberi velim, sed ut intelligant Francofordienses nostri
 te vitulumque tuum nequiter famosam ipsis de me calumniam menda- 15
 cissimo figmento ascribere, tanquam impiae factioni vestrae magis ita
 faveant quam communioni sedis apostolicae, cui me communicare
 debitumque honorem et obedientiam exhibere vident. Minime enim 18
 tam leves aut stulti (credo) sunt, ut levibus et adventitiis poëtis per-
 fidisque et excucullatis apostatis magis adhaereant aut plus credant
 A ū^e in iis, || quae ad fidem religionemque et animarum salutem spectant, 21
 quam bullae et diffinitioni sedis apostolicae², quam sacris conciliorum

Quantis iudiciis damnatus est Lutherus

6 □ Quamvis [!] iudiciis damnatus est Luth. B. Diese Randglosse steht in A unten Z. 22. 8 □ < B 19 leves—sunt] leves (credo) aut st. s. B

1) S. oben Einleitung S. 6 f. 2) Nach Cajetans und Miltitz' Sendung, Leos X. Bullen *Ersurge Domine* vom 15. Juni 1520 und *Decet Romanum pontificem* vom 3. Januar 1521. Drucke s. Pastor 4, Abt. 1, 274 Anm. 2; 284 Anm. 7. Texte auch bei Le Plat 2, 60—72. 79—83, samt Publikation der letzteren Bulle vom 10. Januar 1521, ebd. 2, 83 f. Leo X. an Kaiser Karl V. vom 18. Januar und 25. Februar und (s. ddo.) 1521, an die deutschen Fürsten vom 22. Februar 1521. Balan Nr. 13, 26, 39, 27 S. 34—38. 65 f. 108—112. 66 f. Hadrians VI. Breven an die deutschen Fürsten zu Nürnberg (samt Instruktion des Nuntius Francesco Chiericati oder Chiericato) vom 25. November, an Erzherzog Ferdinand vom 26. November, an Mainz (Bamberg, Straßburg, Speyer, Konstanz) vom 28. November, an Erzherzog Ferdinand und Herzog Heinrich von Mecklenburg zum Schutz der Dominikaner gegen Hutten vom 30. November, an Kurfürst Friedrich von Sachsen *Non dubitamus* (das unterschobene Breve *Satis et plusquam* wurde von Otto dem Cochlaeus zugeschrieben, stammt aber von Hochstraten. Neuestens darüber Kalkoff 44 ff.), an die Universität Köln und an Des. Erasmus vom 1. Dezember 1522. Pastor 4, Abt. 2, 89—100. Kalkoff 46—62.

canonibus et decretis¹, quam Caesaris et omnium Germaniae principum
 (in quos nuper mendacissime scripsit semicucullatus bos tuus, sibi
 3 violatam ab eis esse publicam fidem², eosque nihil nunc magis quam
 fidem contemnere, in perpetuam nationis ignominiam) sententiae Wor-
 macien[si]³, quam celeberrimarum universitatum determinationibus⁴,
 6 breviter quam omnium totius orbis christiani nationum gentiumque et
 populorum communi per totam ecclesiam catholicam tot seculis con-
 sensui. Mentitur itaque bacchans ille vitulus, mentiris et tu, Nesene,
 9 qui eiusmodi in me calumniae de Francofordiensibus illi autor es
 mendax. Nihil habent adversus me Francofordienses mei, tui non
 amplius, qui ad eos post hanc calumniam nunquam honeste redire
 12 poteris⁵.

Lutherus in
 libro contra
 regem An-
 gliae

Martinus Lutherus.

Quid enim est iactare arma virorum, nisi mania? scilicet postquam per
 15 me Dominus papam, episcopos, monasteria et academias totumque illud corpus
 Behemoth⁶ non solum percussit, sed et pene iam palam traduxit per orbem,
 illa tandem festiva et festina testudo arma requirit⁷.

18

Iohan[es] Cochlaeus.

Nunc tempus et ordo responsionis exigunt, ut bacchanti vitulo A IIJv
 tuo nonnihil respondendo retribuam. Ait gloriosus iste Minotaurus Stulta Lutheri
 praesumptio

10 mendax] + si modo vere de te scribit ille B Nihil] + enim B mei]
 Schluß des Abschnittes in B: mei. Et proinde sine rubore tui non amplius, quia ad
 eos post hanc calumniam nunquam sine rubore honeste redire poteris. 14 enim
 est] est enim L mania] inania A 17 festiva et festina] festina et festiva L
 (nach ed. A) 20 respondendo < B

1) Da Luther gern mit Arius und Johannes Hus verglichen wurde, wird an die Konzilien von Nicaea (325) und von Konstanz (1414—1418) zu denken sein. Vgl. indes Cochlaeus, De gr. sacram., Bl. 27^v—33^r. 2) Luther in seiner Sebastian Schlick gewidmeten Vorrede zu seiner Schrift „Contra Henricum Regem Angliae“ (1522), LEV 6, 385. LWW 10, 2, 180. 3) Das Wormser Edikt vom 8. Mai 1521. Le Plat 2, 116 ff. DRA 2 Nr. 92 S. 643—659. Die eigenhändige kaiserliche Erklärung vom 19. April 1521. Le Plat 2, 115 f. DRA 2 Nr. 82 S. 595 f. 4) Die Universitäten von Köln (30. August 1519) und von Löwen (7. November) gegen Luther. Le Plat 2, 45 ff. Luther gab ihre Entscheidungen selbst mit einer „Responsio“ heraus (1520). LWW 6, 174—195. Die Universität Paris gegen Luther (15. April 1521). Le Plat 2, 98—114. Ph. Melancthon trat mit einer „Apologie“ für Luther ein. CR 1, 366 ff. LEV 6, 31—77. Luther gab das Pariser Urteil deutsch heraus mit einem „Gegenurteil“ (1521). LWW 8, 267—312. 5) Nesen war im Frühjahr 1523 von Frankfurt weggezogen. Spahn 102. 6) S. unten S. 19 Anm. 2. 7) LWW 11, 295 Z. 16—19 (III.).

tuus, sero iam a me requiri arma, postquam Dominus per ipsum non solum percussit, sed etiam palam per orbem traduxit papam, episcopos, monasteria et academias' etc. Respondeo: Maniaca furentis huius vituli iactantia mihi saepe vel in media indignatione cachinnum excussit, quotiescunque sensi eum plus quam pueriliter ac stulte atque adeo plane maniace putare, quod ubique per orbem terrarum victor papae et verus evangelista haberetur. Si quando aut scurrili convicio aut falso scripturae interpretamento aut vafro mendacio aut inani multae verborum nugamento aut seditioso falsae libertatis fuco commovisset mobile vulgus in favorem sui; si ad sacrilegium aut impietatem novam concitasset leves suos poëtas sciolasque literarios; si ad res novas pellexisset inquietos Catilinas¹; si ad bona clericorum invadenda impulisset avidos et truces Centaurorum, Lapitharum², pauperum Cunciorum³, Karsthansiorum⁴, et quicquid obaeratae plebis est, animos: tum certe minax iste Minotaurus simul cum cornibus decalvatis vitulinam in nos caudam erigebat; tum rugiebat ut leo, et dicebat: „Quis non timebit“⁵; tum grandisono intonabat conviciorum fragore, et putabat coelum et terram anserino illo sibilo suo terreri, concuti locoque moveri; tum denique verum agebat iratus taurum, quando publica nota inurebatur taurinae eius fronti vel per bullam pontificis vel per sententiam Caesaris aut per universitatum determinationes, ut sic in memoriam nobis revocaret haec Vergilii carmina:

1 tuus < B 4 media] meda B 7—9 aut (5mal)] B jedesmal a
11 sciolasque] sciolosque B

1) Die von M. T. Cicero aufgedeckte katilinarische Verschwörung beschreibt C. Sallustius Crispus in seinem Buch „De coniuratione Catilinae“. 2) Kentauren und Lapithen sind Gestalten der griechischen Mythologie. 3) Gemeint sind Verfasser und Freunde des Dialogs von „Kunz und Fritz“. Der gegen Ecks Schrift „Des heiligen Concilij zu Costentz . . . entschuldigung . . .“ (Okt. 1520) gerichtete pseudonyme Dialog führt den Titel „Dialogus ader ein gespreche, wieder doctor Ecken Buchlein, das er zu entschuldigung des Concilij zu Costnitz ꝛ. außgehen hat lassenn, gemacht durch Chuntzen von Oberndorff“. Erfurt (M. Maler). LWW 6, 577. 4) Cochlaeus hatte im J. 1521 zu Worms für Aleander Auszüge aus einigen Schriften Luthers und aus dem „neuen Karsthans“ von Hutten gemacht. DRA 2, 624 Anm. 2. Vgl. Cochlaeus an Aleander, Frankfurt, 27. September 1521. Friedensburg 125. Die Flugschrift „Karsthans“ ist gedruckt in Flugschriften 4, 75—120. Cochlaeus bringt den „Karsthans“ mit dem „Buntschuh“ in Zusammenhang, in „Glos und Comment“, 1523 (Spahn 341 Nr. 4 a), Bl. B ii v. 5) Luther, „De abroganda Missa privata“ (1521), setzte auf das Titelblatt die Stelle bei Amos [3, 8]: „Leo rugiet, quis non timebit?“ LWW 8, 410.

Lutherus de
abroganda
Missa
Taurini ge-
stus Lutheri

„Et tentat sese atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit

Virgilii
3232-234
Georgicorum

3 Ictibus, et sparsa ad pugnam proludit arena.” Atque immane
sonat, modo latine, modo teutonice, nunc execratur bullam, nunc diris
imprecationibus in tartara deiicit sedem apostolicam, iam omnino
6 papam esse negat, iam caput illi a se amputatum esse iactitat. „Hic
iacet” (inquit), „Leo, nunc barbam tibi vellicant catuli et mures”.¹
Quem igitur non terreant tam horreni tanti vituli mugitus? An feret
9 victor iste Minotaurus inultum sese mugitusque suos et robusta cornua
viresque toti Behemoth² (ut ait) insuperabiles, quibus terram treme-
facit et ipsum quoque coelum, ita contemni ab una parvula et infirma
12 Cochlea, ut ausit adversus eum, post tantas ubique editas ab eo strages,
quando „undique plurima mortis imago” est, „arma tandem requirere”³?
Non feret profecto, sed proteret miseram mox uno dextrae ungu-
15 ictu, „ut non memoretur nomen Cochleae ultra”.⁴

A iij r
Irrisio irae
Luthericae

Martinus Lutherus.

[A iij r]

Papa sentit vulnus, papistae queruntur suum casum, et undique plurima
18 mortis imago, et ille negat mihi esse arma? immo ut cum insano cerebro in-
saniam. Si non fuerunt mihi arma, quid sic plorat? quid gemit? quid eiulat
testudo ista, tanta per me esse facta? Cur queritur tanto ululatu, Philippum
21 esse a me perditum, quem tanti facit? Si haec stipulis et plumis effeci aut
solis, quod insanit, conviciis, cur tanto impetu armorum in me surgit? cur
non contemnit Hector iste tam puerilem et muliebrem Lutherum?⁵

24

Iohannes Cochlaeus.

Sed cum licentia domini vituli, quaero ex te, Nesene, priusquam
totus conterer: Quomodo nunc papa sentit (ut gloriatur in malitia sua
27 tuus iste vitulus) vulnus, cui ante biennium caput amputavit Lutherus?
Esto autem, quod truncus avulso capite post biennium adhuc sentiat.
Cum dixerit idem Lutherus in assertionibus suis: „papam esse ens
30 fictum in mundo, et neque esse, neque fuisse, nec futurum quidem
Lutherus, asseritum
iij. [!] art.

6 [] Luth. in lib. contra Cathari. B 8 ferat B 10 ut ait < B 26 und
29 Die beiden Randglossen zieht B zusammen: Papa sentit vulnus in asser. 30 [!] ait

1) „Ad librum eximii Magistri nostri, magistri Ambrosii Catharini, defensoris
Silvestri Prieratis acerrimi, Responsio”. LWW 7, 714 Z. 10—12. 2) Job 40, 10 ff.
Sonst קַחַמַיִת (hebr.) = Getier (opp.: חַמַיִת, vgl. Luther: vituli marini). 3) S. das fol-
gende und das vorhergehende Lutherzitat. 4) Vgl. Ps. 82, 5. 5) LWW 11, 295
Z. 19—296 Z. 4 (IV.).

esse¹, quomodo nunc dicit ineptus iste vitulus contra Lutherum patrem suum, papam sentire vulnus? Nunquid res mere ficta sentit vulnus? O vanissimos et mere umbratiles et verbales bellatores, qui 3 stultissime putant, in fuco allegationum conviciorumque stridore tantam consistere vim, ut per eam possint expugnare ecclesiam Dei, super petram solidissime constructam². Quamvis igitur infirmum per se 6 reptile sit Cochlea, habet tamen alicubi tam firma, quibus integitur ac secure latet, arma, ut nulla vituli taurive, ne equi quidem (etiam si Bellerophontis³ esset) ungula confringi aut perrumpi queant. Ita 9 et ego per meipsum infirmus et nullarum mihi virium conscius talibus me armis adversus vituli tui ungulas munivi, ut sub eorum umbra et protectione tantam ultra biennium fidutiam semper habuerim habeoque 12 adhuc hodie, quod vana mugientis vituli terriculamenta et praestigia verbosae iactantiae nequaquam timeo. Arma nanque mea sunt (uti videre licet in libello, cui vitulus respondere magis voluit quam potuit) 15 aeterna veritate (quam ventosa vituli lingua halitusque, quantuncunque inflatis buccis tumidus, mihi nunquam e mente et fide mea exufflabit) stabilita. Verba, inquam, Dei patris, verba Christi, verba Iohannis 18 Baptistae, verba Petri, verba Pauli, Iohannis, Iacobi, Dionysii, Ignatii, Polycarpi, Cypriani, Ambrosii, Augustini, Chrysostomi, Romanorum pontificum conciliorumque sacrosanctorum gratiam baptismi attestan- 21 tium planis et expressis verbis.⁴

Qualis [A iij]^v Quid, obsecro, ad minimum istorum respondit vitulus tuus? Quid
responsio
Lutheri
inaniter blaxterat de sola fide, de qua neque articulus eius neque 24
titulus et argumentum libelli mei faciunt mentionem. Sed hoc eius
paradoxum postea latius ventilabo. Licet igitur infirmus sim in me-
metipso, obieci tamen ferocienti Minotauro tuo arma omnium firmis- 27
sima, quae nunquam transibunt, etiam ubi coelum et terra transierint.

Matth. 24³⁵ A iij^v Cur igitur illis non opponit bubula cornua sua vitulus? Cur non || tentat
saltem? Recenseat saltem, si repellere diffidit, omnia mea, quae ex uno 30
Paulo in eum contorsi, iacula⁵, et ea quidem de unius duntaxat sacra-

23 respondet B 23 □ < B 25 eius paradoxum < B

1) „Assertio omnium articulorum M. Lutheri per Bullam Leonis X. novissimam damnatorum“, artic. 30. LWW 7, 136 Z. 3f. 2) Vgl. Matth. 16, 18. 3) Bellerophontis equus = Pegasus. 4) De gratia sacramentorum, Bl. 5^v–61^v, nicht genau in dieser Reihenfolge! 5) Ebd. Bl. 11^r–27^v.

menti, baptismi scilicet, gratia, quam apostatice negavit in suo articulo¹. Tolle ex hac eius responsione agnomina, scommata², iactantias, 3 convicia, blasphemias, mendacia et vana de sola fide nugamenta: quid, obsecro, reliquum erit, quod responsione dignum videri queat? Certe non responderem ad ista, nisi adiecisset fucatam excusationem super 6 crimine falsi, de quo eum iam propria confessione reum et convictum teneo. Fatetur enim, hanc vocem 'sola' a seipso ad verba Pauli adiectam esse³. Qualis autem sit eius excusatio, postea videbimus.

9 Iam, quis non rideat magniloquam hanc eius iactantiam: „Papa sentit vulnus, papistae queruntur suum casum, et undique plurima mortis imago, et ille negat mihi esse arma?“ Ego vero ei histrionum et 12 meretricum pestilentiumque Barrabarum⁴ atque in clades patriae coniurantium Catilinarum arma esse nunquam negavi; immo sponte confiteor, illorum armis unum hunc Minotaurum plus valere, quam 15 valuerint omnes per mille retro annos histriones, meretrices, haeretici et apostatae. Sed ego eiusmodi arma in causa catholicae pietatis non timeo. Sentit quidem papa vulnus, at non suum (in quo enim nocuerunt haecenus eius dignitati vanissimi huius vituli mugitus?), sed 18 suarum ovium; earum sane maxime, quae in superiore Germania huic Saxonico Api⁵ aures oculosque et mentem in aeternam sui damnationem contra Leonis X. papae et Caroli V. imperatoris interdictum contumaciter accommodant. Sed neque papistarum ullum adhuc video, huius vituli impulsu, casum. Stant Curiales adhuc divites, vivunt 24 adhuc laute, possident adhuc multa beneficia. Et circumferebatur hac hyeme, nescio quis „Mimicus libellus de diaboli, abbatis et curtisani colloquio“⁶, in quo querebatur diabolus, plus noceri sibi per unam 27 regulam seu constitutionem huius papae Adriani VI., quam nocitum sit sibi haecenus per omnes libros Lutheri⁷. Videtisne iam, miseri, quod et mimi grandisona inanum || verborum portenta vestra contem- 30 nere et ridere incipiunt? Quid quod Erasmus quoque Roterodamus,

Ridicula
iactantia
Lutheri
Histrionica
arma Lutheri

A mimis quo-
que ridetur
Luterus

B^r

23 Curiales < B 25 abbatis et] abbatisque et B 25 [A mimis]
A minimis B

1) LWW 7, 101. 2) Von *σκῶμμα* = Spott, Scherz. 3) S. unten Bl. C^v, bzw. Bij^v. 4) Plural zu Barrabas, bei Matth. 27, 16 ff. u. Parall. 5) Im alten Ägypten wurde dem Apis göttliche Verehrung zuteil. Vgl. Herodot 3, 28. 6) „Ein klägliches Gespräch von einem Abt, Curtisanen und dem Teufel...“ (1522), in: Flugschriften 3, 1—25. 7) Allgemeine und wenig genaue Anspielung auf den letzten Teil des ‚Gespräch‘ (a. a. O. 20 ff.).

cui hac tempestate meritam tribuunt omnes eruditionis palmam, in haec
 Erasmus ad verba irridet in quadam epistola Saxonici huius vituli conatus furiosos:
 Bern.[?]theol. „Egregius” (inquit) „vindex evangelicae libertatis, quam ita tentavit, 3
 ut verear, ne pro simplici iugo geminum sit nobis ferendum”¹? Cae-
 Plurima terum iactatio eius de ‚plurima ubique mortis imagine’ partim ridicula,
 mortis imago partim scelerata est: ridicula sane iis, quos tantopere impugnat, cum 6
 fateatur ipse paulopost, minus sibi quam nobis tutum esse, quando
 a me petit, ut eam Wittenbergam, aut vocem ipsum in locum tutum;
 scelerata est vero propter seditiosos tumultus, quos ipse nefariis 9
 libellis inter Germaniae populos flagitiosissime exuscitare conatur.

Quid sic plo- Hoc illud est, Nesene, quod ingemisco, quod deploro, non damna
 ret Cochlea [A *iiiij*'] mea, quae ab illo adhuc nulla prorsus pertuli, Deo sint ¶ gratiae. 12
 ‚Post vanitates enim et impietates eius nunquam abiit anima mea, nec
 unquam respexit retro cor meum ad insanias eius falsas’². Sed neque
 in corpore adhuc aut in re familiari nocuit mihi quicquam. Et si in 15
 his noceret, ego ‚propter Christum et ecclesiam eius haec omnia,
 velut stercora, aestimare’³ decrevi. Vana est igitur eius super iis
 iactantia. 18

Martinus Lutherus.

Deinde si quid reliquum in eo esset salvi cerebri, secum cogitasset pro-
 culdubio fortunam hactenus adversus Lutherum bellantium, quibus ne calcar 21
 quidem tangere posset, ut aiunt, Coclear istud. Eccius certe in scholasticis
 erroribus incomparabilis ad dominum Coclear, deinde et pontificiis bullis et
 viribus consensuque totius Behemoth in me grassatus, nihil nisi ignominiam 24
 retulit. Hoc sine armis factum gloriatur popinarium istud Coclear. Parrhi-
 siensis academia sic sese traduxit in hac causa, ut immortalis sit impiissimae
 ruditatis eius infamia. Et oportuerat sane dominum Coclear, si sapuisset, 27
 aestimare, quid una testudo cum suis fugitivis cornibus tentet adversus illum,
 quem Parrhisienſes, Lovanienses, Colonienses, Romanenses, et quicquid est
 virium in corpore papae, superare non potuerunt.⁴ 30

Iohannes Cochlaeus.

Sed multo adhuc vanior et impudentior est ista iactantia eius,
 qua gloriatur, neminem hactenus ipsum superare potuisse, proinde me 33

2 ¶ *Richtig B*: Beruim 7 minus] minimus *B* 7 vobis *B* 11 ¶ plorat *B*
 28 cornuis *L*

1) Des. Erasmus an Ludwig Ber, Propst in Basel, Löwen, 14. Mai 1521. Eras-
 mus 3, Teil 1, 644 nr. 573. 2) Vgl. Ps. 39, 5 und 43, 19. 3) Vgl. Phil. 3, 7 f.
 4) LWW 11, 296 Z. 5—15 (V.).

571763N7

debuisset cogitasse fortunam bellantium hactenus contra Lutherum, quibus ego ne calcar quidem tangere queam'. Scilicet nondum ^{B^v}
 3 superatus est maniacus iste vitulus, quem Christi vicarius a corpore ^{Quoties superatus est Lutherus}
 Christi iampridem praecidit et satanae tradidit¹; quem Caesar, omnium Imperii statuum consensu², velut haereticum proscripsit et infamem
 6 reddidit; quem praecipue totius orbis universitates pro haeretico declaraverunt; quem denique plerique doctissimi viri editis libris ut falsarium scripturarum, ut erroneum interpretem, ut ineptum disputatorem, ut impium conciliorum canonumque praevaricatorem manifestissime convicerunt.

Et ego postremus ac omnium minimus, tanquam abortivus³, hoc
 12 primo congressu, editis hac hyeme libellis quatuor⁴, eum ostendi toties contrarium sibiipsi, toties falsarium, toties male inferentem atque toties dolis et malis artibus populum seducentem et iurgia seminantem
 15 deprehendi ac manifeste traduxi, ut nullo unquam tempore, nullo furo tot maculas infames diluere queat.

Et tamen audet os impudens iactare, sese hactenus a nemine
 18 superari potuisse. Quis, oro, unquam aut sepius aut manifestius in orbe christiano superatus legitur? Quoties redarguit eum variis libellis Emserus⁵? Quoties per quinque libros et deinde per alium
 21 librum Catharinus⁶? Quid ad tot rationes et scripturas ab eo ad-

3 □ Quotus B 11 □ Superatus etiam a Cochlaeo Luth. B 20 Emserus] + meus charissimus et fortissimus campiductor B

1) Vgl. 1 Cor. 5, 5; 1 Tim. 1, 20. Zugleich Erinnerung an mittelalterliche Ketzerprozesse. 2) In das Edikt selbst sind die Worte aufgenommen „mit einhelligem Rat und Willen“. DRA 2, 649 (der Herausgeber bestreitet diese Einhelligkeit S. 665 Anm. 1). Über die Gesetzlichkeit des Wormser Edikts herrscht gegenwärtig eine literarische Kontroverse zwischen P. Kalkoff (contra!) und N. Paulus (pro!). 3) 1 Cor. 15, 8 f. 4) Da Cochlaeus von edierten Schriften spricht, ist die Aufzählung klar: a) „De gratia sacramentorum liber unus . . . adversus assertionem M. Lutheri“ (5. Dezember 1522), b) „Hystoria Alberti Krantz von den alten hussen zu Behemen . . .“ (9. Januar 1523), c) „De baptismo parvulorum liber unus . . . adversus assertionem M. Lutheri“ (9. Februar 1523), d) „Glos und Comment . . . uff CLIII Articklen gezogen uss einem Sermon Doc. Mar. Lutherss von der heiligen Mess und nüem Testament“ (23. Februar 1523). Spahn 341 Nr. 1—4. Vgl. unten Bl. Bij^v, bzw. A4^v; D4^r, bzw. Cij^v. Cochlaeus, Catalogus, Bl. A7^r ist kein Beweis dagegen, da hier nur die lateinischen Schriften und unter dem J. 1523 irrtümlich auch „De fomite peccati“ und „De autoritate ecclesiae et scripturae“ aufgezählt sind. 5) S. die Schriften bei Mosen 65 Nr. 18 ff. 6) Ambrosius Catharinus Politus: a) „Ad Carolum Max. Imperatorem . . . Apologia pro veritate Catholicae et Apostolicae fidei ac Doctrinae . . .“ (1520), b) „Excusatio